

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1766**

Tabula XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295072)

II.

Numisma argenteum, formæ oblongæ, in quo protome Friderici. Aversa caduceum habet cum petaso alato. Cornua copiæ duo, decussatim posita. Lemma: VIRTVTI FORTVNA COMES.

III.

Nummus argenteus cum Friderici imagine. In postica furculus, quem irrigat plantator. Lemma: TANDEM FIT SVRCVLVS ARBOR. In imo

LIBERAL. IN IYVENT. GYMN. DVRLAC.

*Liberalitas in Iuuentutem Gymnasia Durlacensis.*

Additur Aera 1669. Fridericus nummum hunc adolescentibus Gymnasia, præmium diligentia distribuit.

---

TABULA XII  
BERNHARDVS GYSTAVVS  
CARDINALIS ABBAS FVLDFNSIS.

I.

Nummus Gustavi Adolphi, qui frater fuerat Friderici VI. & mutata religione Bernhardi Gustavi nomen assumserat. Antica pars sine effigie est, inscriptionem sequentem siglis exhibens: *Bernhardus Gustavus Dei & Apostolica Sedis Gratia Sacrae Romanæ Ecclesie Cardinalis Princeps Abbas Fuldensis Marchio*

*Badensis Coadjutor confirmatus Campidonensis & Sigburgensis*  
 XXII. Februarii MDCLXXII. In parte averfa comparet  
 palma; cujus superiori parti impositum est pondus. Ad arboris  
 pedes sunt Bernardi Gustavi Insignia, quibus supereminet Cardi-  
 nalitius Galerus. Clypeus quadripartitus. In prima & quarta  
 area argentea crux nigra, Fuldenfis Abbatiae deigma. In secun-  
 da & tertia, quæ aurea est, baltheus ruber dexter; Badense in-  
 signe. Inscriptio: SVB PONDERE. Traditio est, palmas sub  
 oneribus magis virefcere. Nummum habet SCHANNATUS. (h)

## I I.

Nummus priori similis. Inscriptio: *Bernhardus Gustavus*  
*Abbas Fuldenfis, Marchio Badensis & Hochbergenfis, Confirmatus*  
*Coadjutor Campidonensis & Siegburgensis Canonicus Coloniensis*  
*& Argentinensis* MDCLXXII. Eodem, quo præcedens, anno  
 cufus. Cardinalitiæ dignitatis nulla heic mentio. In postica, quæ  
 palmam & scutum, ut nummus præcedens, exhibet, Abbatialis  
 infula & pileus Principum scuto impositus. Retro scutum sunt  
 pedum abbatiale & gladius, ecclesiasticæ ac secularis jurisdictionis  
 indices. (i) Unde nummus hic præcedenti est prior.

(h) *Hist. Fuldenfis* Tab. II. numism. n. XVII.

(i) Nummum hunc dedit quoque KOELERUS *Munzbelustigungen* Tom. I.  
 pag. 225.